



3  
3.  
*Τεμπήρια*  
favoris veri & amoris sinceri carminibus  
hisce votivis exposita,

Quibus

Supremam PHILOSOPHIÆ lauream,

Rectore

MAGNIFICO,

Viro Amplissimo, & Cosultissimo Dn.

DOMINICO ARUMÆO, J. U. D. & Profess. Publ.

Juxta ac

Rectore designato Magnifico,

Viro Excellentissimo & Experientissimo, Dn.

ANTONIO VARO, Medic. D. & Profess. Publ.

à

Speçtabili Senatus Philosophici Decano,

Viro

Clarissimo & Excellentiss. Dn.

THEOPHILO ÆNETIO, Physicæ Profess. Publ.  
in illustri Salana more Academicô, & Jure receptô,  
Calendis Augusti collatam,

Calendis Augusti collatam,

Viro-Juveni

Humanissimo & Doctissimo Dn.

HEINRICO GVILHELMI,

Altenburgô-Misn.

*Promotores, favitores & amici*

In hoc Euphemix, & Mnemosynes templo de-  
corant & honorant.




ALTENBURGI excusa à Johanne Meuschken,

Anno era Christiana 1628.









**V**æ speranda fuit tibi *Messis* doctæ *Guilhelme*,  
 Hæc moderante Deo jam benè *Messis* adest:  
 In qua non *Cereris Radices*, *Culmina*, *Aristas*  
*Curas*; sed *Charitum* quæ tulit alma *Seges*,  
 Sed quid *Radices*? & quid sunt *Culmina*? *Arista*?  
*Fama Magistralis*: *Gloria*, lausq; *tua*;  
 Quis meritò dignus gratò hoc quis tempore *Messis*  
 Supponis *Falcem* & sorte favente *secas*.  
 Namque observasti scite tua *Verna Juventa*  
*Tempora*, ubi *Ingenij præcolere arva* decet,  
 Unde etiam illa *Seges Doctrina*, carpitur agro  
*Ingenij* quondam quàm labor iste tulit  
*Fama radices* fecit: sic *culmina laudis*  
*Gloria* & *Aoniæ* crevit *Arista* tibi,  
*Horrea* quæ *vite* complent, quæ *fœnore magno*  
 Omnia compensant, commoda & hæcce ferunt,  
 Quæ sunt grata Deo, possunt quibus atque fruisi  
 Tempore venturo *Musa*, *Themista*, *Sion*.  
 Quas tibi *Radices* grator, sic *Culmina Aristas*,  
 Optans ut posthac augeat ipse *Deus*.

*Laurentius Andréæ, D. &*  
*Superint. Cygn.*

---

**O**Rdo, Locus, Sedes: vel plura extrinseca  
 dona,  
 Reddere quem celebrem, conspicuūq; negant.

A 2      At



*At vitæ probitas, & doctæ Gratia Linguae,  
Tum Dos Ingenij, perficit omne Decus.  
Tu tribus his junctis polles, HENRICE, potenter,  
Hinc Te præcipuum judico jure virum.*

Theodoricus Steinmetz/ D.

ANNO.

HENRICO DeXter trigesIMVs annVs habet Vr:  
EX. qVâ seD CaVisâ. QVæso? MagIster Is It.

---

**D**Iversos diversa trahunt intenta, capitque  
Sic sua mirificis quemque libido modis.  
Appetit hic turpem Venerem, hic sorbendo frequentes  
Congos sectatur, deliciasque gulæ.  
Hic venatur opes avidus, fulvumque metallum,  
Effictæ laudis nomen inane gerens:  
At tu neglectis istis, virtutis & artis  
Veræ nunc lætus præmia digna refers,  
Atque Magisterij titulum sic jure reportas,  
Cum dederas studijs tempora multa bonis,  
Nam veluti miles, patrijs qui pugnat in armis,  
Præmia finito digna labore refert:  
Sic quoque Musarum fidus qui castra tuerur,  
Sudoris pretium jure reportat ovans.  
Tu vero studijs quam tempora multa dedisti  
Aonidum doctis invigilando libris?  
Non TE tardarunt glacialis frigora brumæ:  
Syrius haud æstu reppulit inde suo.

Hinc



Hinc satis in studijs Musis tua cognita virtus  
Moribus, & Phœbo vita probata fuit.  
Iccirco merito TE jam dignantur honore,  
Quo decorare solent qui sua castra colunt.  
Gratulor ergo novam palmam TIBI docte MAGISTER:  
Gratulor hæc studijs præmia digna tuis.  
Perge Deo servire: sacras pervolvito chartas,  
Exiguo in que illis tempore magnus eris!

*Nicolaus Göttsius, D.*

---

**C**astalidum Cultor fervens Heinricæ  
Wilelmi,  
Illarumq; simul veneranda adamandaq; Proles,  
En juga Parnassi superasti, munere lovæ,  
Atq; tuo pariter studio. Nunc munus honestum,  
Nempe Magister I Sophici venerabile nomen  
Accipis: Hocce, tuo merito, maclaris honore!  
F nunc, quò te Fata vocant, i sidere fausto:  
Pascito Pastor oves sincerigramine verbi;  
Et planta Cælum, Fovæ sis Mysta fidelis!

M. Theophilus Ænetius, Phys.  
P. P. & Fac. Phil. p. t. Decanus.

A 3

Tandem,



**T**Andem, quæ meruit tibi præmia vivida virtus,  
Nunc HENRICE tuo digna labore capis.

Te vidit, nudis veniens aurora capillis

Sæpius Aonijs invigilare sacris:

Vidit & astringero procedens Vesper Olympo

Te benè doctorum volvere scripta Virum.

Jure ergò Lauri dignos decerpis honores:

Jure tuum cingit digna corona caput.

*amici adfectus & gratulationis  
ergo adpos.*

*M. Hieronymus Prætorius,*

*Hamburg, Phil. Pract. P. P.*

---

### *Phalecium.*

**V**ulgò præ reliquis loci priores  
tres gestant titulos celebriores:

*Nam primus locus est honoris ampli,*

*hinc alter locus est favoris apti,*

*verum tertius Eruditionis.*

*Sit sic. Sint reliqui loci celebres.*

*Quorsum? Musa statim tibi intimabit.*

*Fertur Tertius Eruditionis*

*insignis Locus à Senatu, Amice,*

*Spectato Sophiæ tibi. Jehova*

*Musas porrò tuas secundet, opto.*

### *Aliud Elegiacum.*

**F**ert animus breviter cursum describere vitæ  
*mi Wilhelme, tue versibus hisce meis.*

*Hos*



Hoc Æquum poscit; communis Natio poscit;  
postulat almus Amor; postulat almus Honor.  
Me jubet hoc Phœbus; jubet hoc me Musa; Rosarum  
me bona Vita jubet; me pia Jena jubet;  
Vult tuus hoc titulus; vult hoc nova fama Magistri,  
Vult meus hoc animus; vult meus hoc calamus;  
Vera feram verè; brevitati crena studebit,  
Et mea vena. boni consule, scripta data,  
Ecce tuæ vitæ currit trigessimus annus,  
Dante DEO, vitæ qui dator, altor, amant.  
Est Aldenburgum celebris tibi patria, quondam  
quæ fuit Imperij Urbs Libera, teste Fide.  
Joan: Wilhelmi canis venerandus Et annis  
atq; Senatoris spartâ Et honore cliens,  
Gnatijam lustrat surgentis munera laudis.  
Atq; Magisterij premia, jura, decus.  
Nomen idem portans cum Christi matre Maria  
Mater defuncta est; juncta noverca Tibi.  
Patria te Schola, te patrij tria lustra penates  
Viderunt studijs invigilare bonis.  
Literulas primas te Baccalaureus Himmel  
Vir doctus docuit sedulitate sua.  
Hinc Conrectoris sub Vogkl pollice juvit  
assiduè Latium te didicisse stylum.  
Tandem Hammerici Rectoris lingua polivit  
ingenium Logicâ, Rhetoricâq; tuum.  
Est Schola per celebris Rosalebica dicta, Thuringos  
Saxonicosq; intra florida floret agros:  
Alluit hanc Unster, sinuosus dictus Onester,  
Circundant montes, pascua, prata, nemus.  
Olim vastati turmae sacrata, Jehovæ  
nunc sacra, nunc Musis sacra pijsq; viget.

Hee



*Hæc fermè centum pueros sustentat alumnos,  
cum gratis, vili tum pretioq; fovet.  
Heros atq; hæres Witzlebicus illius audit  
Patronus, clarò Marte vel Arte cluens.  
Saxonix Ducis huic te Joan-cura-Philippi  
commendat, fias pars quotacunq; Scholæ.  
Dicta sonant: felix viridaria sacra Rosarum  
atq; Scholæ Rosæ limina lætus adis.  
Unum te juvit lustrum consumere ibidem  
Moribus inq; bonis, Artibus inq; bonis.  
Græcum sermonem docuit te Suada Sigeli  
qui Conrectoris munere fidus erat.  
Rector erat nomen Christi de nomine portans,  
Bodenstein, Phæbi gloria magna pij.  
Nectare ut Ambrosiâ, dulciq; liquore Poesis  
implevit Genium care V Vilhelme, tuum.  
Primus eras inter primanos, primus in arte;  
tunc primanus eram, Testis ero ergò bonus.  
Elapsò hinc lustrò Rosæo valedicere gaudes  
ludo, te Jenam visere raptat amor.  
Gerstenbergeri gratis tibi mensa paratum  
Dat victum. Servet Gratia dia suos!  
Accipis & studij fulcrum, stipendia, cepti,  
te Ducis Aula fovet, Curia teq; fovet.  
Hisce bonis mediis fultus moderante Jehovâ.  
Artibus ipse studes, Moribus ipse studes.  
Auspiciò Heideri virtutum visere tempe  
Æneti Physicæ sacra viderè placet.  
Prætorij, Schali, V Volfi sub pollice gaudes  
Post Physicam & Logicam discere rite placet.  
Trigam Theologum, Joannis nomina habentum  
audire illorum & dicta notare placet.*

*Actaq;*



*Ad aq̄ Maioris describis gnarviter, omnes  
Gerhardiq̄, locos, Himmelij historiam.  
Jamq̄ resignandi mensam & stipendia tempus  
instabat; sparte non locus ullus erat.  
Hinc Jenam linquis, studiorum florida Tempe,  
Schönfelsæ felix limina pulcra petis.  
Nobilium juvenum Præceptor & Ephorus audis,  
qui sunt tres fratres aut Charitum, aut Charites.  
Joan: Henricus, qui primus: Julius Herm an:  
VVolfgang Rudolphus; nomia clara gerunt.  
Julius illorum Genitor, qui gloria Martis,  
atq̄ Electoris fidus Achates erat.  
Patrinum solis Hunc: Patronum dira negavit  
Morta tibi, gnati te piò amore fovent.  
Illorum genitrix Pflugiorum stemmate nata,  
Margaris, ast casta gemma pudicitia.  
Æstas quarta videt te nunc ornare fidele  
officium; cunctis & tua sparte placet.  
Hinc ad nos tendis Jenam, tentamina suffers,  
Atq̄ Magisterij iura decusq̄ capis.  
Vir pius Aenectius te more & iure Decanus  
Diligit, ex tollit, laudat, adornat, amat.  
Gratulor hoc fatum: Fortunam gratulor ore:  
gratulor hunc titulum, gratulor huncce gradum;  
Et roveo, vt Jesus Christus, trigesimo in anno  
qui Populum incepit verba docere DEI.  
Vt quoq̄; Pastoris munus trigesimo in anno  
deportes, Votis annue Christe, piis.*

*Ita & grator & precor Dno. Magistro.*

*M. Adrian Beyer, Glauchid  
Osterland, Ecclesia Jeneris Diaconi.  
B Ardua*



**A**rdua Parnassi superare cacumina, molis  
Sit quantæ, haud hominis lingua referre  
potest.

Promeritæ hinc grates possunt vix solvier un-  
quam,

Si quis dante Deo tantum opus aggreditur.

Hos inter gnavaus doctarum (Henrice) sororum  
Ardua non segni pectore sacra colis:

Nec te poenituit multis incumbere ab annis,  
Ardua Parnassi si superare queas.

Fure igitur tandem meriti debentur honores,  
Et decernantur docta βαβῆα tibi.

Hisce fac ad laudem supremi utaris Fovæ,  
Et veluti turbæ est utile Christiadum.

Sorgantur donec jam raris tempora canis,  
Inficiatq; atras alba senecta comas.

M. Thomas Vogelius, Pastor  
in Schönfels.

---

**M** Ars, sua, cultori, rigidus, stipendia spondet,  
Artes Palladia, premia nulla negant.

En



En, Heinricc, diu, cum sis non Martis, at Artis  
Sectator gnarus, premia digna feres.

Premia non auri, non argentivè: Quid ultra?

Egregia laudis, nobile nomen habes.

Nomine Doctoris Sophia splendescis, & inter

Claros clarescis, perpete laude nitens.

Cui volupe ante fuit, Doctos audire Magistros,

Hic alijs posthac, ipse Magister erit.

Quos ergò Phæbus tibi nunc impendit honores,

Hos sibi sincero pectore grator ego.

Theodorus Mylius, Pastor  
in Neumarck.

**O**ptatis alius cum Mida congerat aurum  
Infauftis, & opes nocte, dieq; petat.

Delitijs alius mundi teneatur, & omnem

Conterat ætatem luxuriando suam.

Atq; cruenta alius Mavortis signa sequatur;

Alter amandi sit miles in arte ferus.

Te verò juvat, HEINRICE, à florentibus annis

Multùm Pierijs invigilare choris.

Pro quibus officijs tibi nunc Phæbi datur arbor,

Inq; tuis digitis aurea gemma micat,

Idcirco lætâ declarans gaudia voce.

Gratulor, ut felix sit tibi partus honos.

Vtere post partis ad Numinis utere laudem

Proq; tuis patriæ viribus adde decus.

Balthasar Nietsch, Pastor  
zur Pichtenehann.



**M**ARS pugnât, PHŒBUS pugnât: sed dispare  
pugnâ,  
PHŒBI dant vitam, MARTIS at arma:  
necem.

MARS dubio ferro, sed certo codice PHŒBUS  
Gaudet, & hinc MARTEM laude sua superat.  
Hæc, frustra PHŒBI qui non es castra secutus  
HEINRICE & te jam præmia justa manent.  
Tempora cui Sophia sacro diademate cingit  
PHŒBUS, quod certus tu mihi testis eris.  
Sic pergas, quondam poteris maiora adipisci,  
Virtutis quæ sunt præmia digna tuæ.

Johann Henricus à  
Weissenbach.

---

**H**Æc duo sunt, ARS, MARS, quæ Claros reddere pos-  
sunt.  
ARS te tunc summo cohonestat honore Magistri,  
Gratulor ex animo, susceptæ nomina famæ,  
Et voveo digna & tibi firmæ præmia LOVA.

applausit

Julius Herman,  
à Weissenbach

AD



**A**D summos te jam deducit **PHŒBUS** honores  
Musarum, & titulo solenni more **MAGI-**

**STRI**

Donare, ut vivas post tristia funera clarus.

Ergo **HEINRICE** precor fortunet **Numen** ho-  
nores :

Quæ sit summa mei voti, **Deus** annue cæptis!

**V**olfgangus Rudolphus,  
à Weissenbach.

---

**S**Acra, *Heinrice*, tibi studio cum *Musa Wilhelmi*,  
Culta fuit summo, resonat quoq; iure, *Magister*  
Salve, sic merito Spectabilis ordo *Sophorum*,  
Hocce die Lauri tua tempora cingit honore.

At dum Laurigerum Decus atq; inigne *Magister*  
*Pallas* amoena refert tibi, tu quoq; fortiter ultrô  
Perge, velut pergis, tali decurrere clivo,  
Et junge ulterius candorem pectoris arti,  
Sic tibi non tactæ consurgent laudis honores.

Eiat ut hoc voveo! **FIRMES DEVS OPTIME VOTVM.**

honoris ergò adjecit

**Casparus Pfreund/Brandenb.**

**SS, LL. Studiosus.**

---

**S**icut Apes Verno depascunt tempore flores,  
Adjiciuntq; suis dulcia mella favis;

B 3

U 1



Ut possint Hyemis durum tolerare rigorem  
 Ut possint sapido se recreare cibo:  
 Sic varias querens, Heinricce, industrius artes  
 Exornasti animum cognitione tuum;  
 Ut sis clarorum celeberrima fama virorum,  
 Ut patria & Patri commoda magna feras.  
 Unde Magisterij celebres tibi sumis honores,  
 Moribus & studijs praevis digna tuis.  
 Gratulor ergo tibi gratanti poctore, amice,  
 Ut magnos inter mox numerere viros,  
 Quorum fama potest nunquam sub flumine mergi  
 Litheo; ut patriae lumen adesse queas.  
 Quod frater fratri: quod fidus amicus amico  
 Optat, id omne Tibi, chare Gvilhelme, precor.  
 Qua Tibi, quaeq; tuae patriae sint fausta, superemo  
 A Jovâ letus supplice voce precor

Daniel Mylichius, Can-  
 tor Aulicus.

Ουιλήμω Φυμῶ ὅς ἐμῶ κεχαρισμένω ἔστι  
 Αυλίδι ἐν Μυσῶν ἑπαθεν μάλα ἀλγεα πολλὰ,  
 Πολλῶν Φιλοσόφων βιβλῆς καὶ πάννουχῶ ἔγνω.  
 Οὐλῶ πρὸς τιμὴν μαρῶς καὶ ὀφειλῶ ὄμιλος,  
 Αὐτῆς καὶ ἰδρωτὰ θεοὶ προσάργιθεν ἔδηκαν  
 Ουδέν γδ νόσφιν κάματῶ πέλει ὀπετέες ἔργον.  
 Ἀλλὰ πᾶν σέοθεν πρῆμα λῆες λαμβάνει αἰθλον,  
 Εμμορε γδ ἡμῆς πολυφρυγῆς νυνὶ δικαίως,  
 Τὸ νομα τῆτο νέον διαμαρτυρεῖ, ὃ δίδωσι  
 Αἰνήτης Φίλῶ σοφίης ζῆν ἔνδεκα ἄλλοις.  
 Τιμῆς τοιαύτης συγχαίρω, Φίλτατε Φίλε  
 Συγχαίρω ἐκ τῆς κρηδῆς τε ἐμῆο ἀπάσης.  
 Αφθορεν ὄφρα φέρης ἐν τῇ Εκκλησίᾳ κάρπον  
 ἔυξομ' ἐγὼ σήθεσσιν ἐμοῖς δὴ, ἐσοκ' αὐτμῆ  
 ἐν σήκεσσι μένει, καὶ μοι Φίλα γένα' ὀρώρη.

Adamus Kupprecht/Egranus.



HEINRICUS WILHELMI, MAGISTER,

*Avayg.*

VINCIS MILLE, ERUET VIS, MIGRA.

**Q**ui sedulos Labores  
Dicatq; consecratq;  
Iunoniæ Minervæ,  
Eum decora Pallas  
Et præmijs decorè  
Honore Splendidoq;  
Et ornat & coronat.

Henrice quid proinde  
Restabit hic argentum?  
Nam bella bella bellè  
Bellæ Minervæ amâsti,  
Et sedulo Labore  
Interfuisti eisdem  
Ut nunc perinde miles  
Et acer ac alacris  
Iunoniæ vocari  
Summo queas honore  
Qui mille reliquorum

Vin-



Vincis tuo Labore,  
Si quando virtuosa  
Vis eruet, proinde  
Migraque debitumque  
Exposce nunc honoris  
Titulum, simulque mitram  
Et postula Magistri,  
Quæ rite nunc paratus  
Tibi tradere atque promptus  
Est claritate comptus  
Et splendidus Decanus.

Nunc quid mihi proinde  
Restabit hic agendum,  
Congratulatione  
Quam de novo hoc honore  
Uovente et apprecante  
Compellitare te nunc.

Sit ergo fausta lux hæc  
Nomenque sic Magistri,  
Omenque sic Magistri,  
Faustum simulque felix

L. 11.



*Longos fiet per annos  
In pace, comprecante  
Tibi comprecor quod ore,  
Et apprecante corde.*

Heinricus Beckstadius,  
L. L. Studiosus.

---

**C**ontendunt multi celsam virtutis ad aulam  
Divinaeque student contingere Palladis arcem.  
Aspera cum via sit densis obducta salebris  
Inviae desidia, scelerosis invia turbis:  
Non nisi, desidias molles & marcida luxu  
Otia qui fugit, & duros superare labores  
Novit, ei licet has sacras accedere ad aedes.  
Ut ne quis dubitet, mihi sit pro teste vetustas;  
Testis eris, faciesque fidem Doctissimi e, dictis  
**HEINRICE**, hisce meis verò mihi cognite amore  
Namque fuere dices tibi, sic **PIETAS**que **LABOR**que,  
Queis es doctrinam & virtutis ductus ad aulam.  
Porrigit, en, Doctrina manum, teque allevat alma  
Virtus, ad meritos nunc en conscendis honores  
Gloria nunc tibi parta venit, titulusque **MAGISTRI**  
Confertur, tanto quæ præmia digna labore.  
Tardus honor venit, magno sed fœnore venit.  
Hosce novos meritos Tibi vis ut grater honores?  
Sint, precor, usque bono Patriæque Tuisque Tibique!

**Christophorus Preunel/Falco**  
noviâ-Bohemus.

C

Te



**T**E variis auxit donis, HENRICE colende,  
IOVA potens, cuius numine cuncta viget.  
Hinc potis es, veras rerum cognoscere causas;  
Et duros nodos solvere rite σοφῶν.

Hinc tibi Docturæ Sophiæ decernitur amplæ  
Gratus honos, nobis jure MAGISTER eris.  
Gratulor ergo tibi, lætanti pectore dicens  
Vive valeq; diu docte Magister ovans!

Iohannes Strauß/ Alten-  
burgo-Misnicus

---

**Q**ui segetem recreat morientem humore frequente,  
Vinetiq; avidus Nectaris arva colit;  
Ille oculos potis est optatâ pascere fruge,  
Huic etiam nudo sub pede musta fluunt.  
Pegasidum sic lautitias dulcemq; saporem  
Qui gestare cupit, non minus arva colat.  
Prata quoq; Aonidum sudore humectet oportet,  
Assiduis studiis invigiletq; bonis.  
Ergo age nunc Gulielme Tibi sunt dona parata,  
Militibus Lycius quæ dat Apollo suis,  
Tu victoris enim titulo laudaris honesto.  
Laurea Cui merito ferta Minerva dedit.

Lau



Laurea ferta dedit spirantia semper honores,  
Laurea quæ famam condecorare valent.  
Idcirco ex animo partos Tibi grato honores,  
Atq; olim capias præmia plura precor.

*Thomas Vogelius, Junior.*









3  
fav  
Suprema  
Viro  
DOMINIC  
Viro E  
ANTON  
Spec  
THEOPH  
in illustri  
HE IN  
In hoc E  
ALTENBAU



3  
ream,  
fess, Publ.  
Dn.  
s. Publ.  
fess. Publ.  
cepto,  
MI,  
schken,

